



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Eorum Constantia & spes. n. 41.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1635.

parricidam mulierem humatum est. Ita per vnius cuiuslibet hominis malitiam luditur in vita & bonis Catholicorum; si vero quispiam sit inter Iudices moderatione non audet clemens videri ne audiat Papista.

Catholici  
latere noa  
possunt.

XXX X. Neque latere Catholicis facile est; præterquam enim quod si ritus Protestanticos non frequentant, eo ipso habentur Catholici, genus est quoddam quadruplatorum, seu syndicorum qui singula perscrutantur: Horum alij vniuersitatis bona mobilia, immobilia, quæ & quantasint inquitunt, & ad Fiscum referunt. Alij numerant delicta, vt si cuius infans non est publicè Protestantium ritu Baptizatus, si quis priuatim duxerit vxorem aut si mulier nups'erit; si statis diebus non audiantur preces aut concio; si suspicio sit de sacerdote occulte introducto, & sexcenta alia, quæ cum mulctam pecuniariam habeant annexam, aut præda, huic inhiantes nemini facile parcunt, nisi quis forte multo auro redemerit vexationem.

Neque parcitur cenbris, quod erat aliud & acre omnino genus persecutionis. Etenim vt Hierarchiam quandam imitati sunt nostri Anglicani Hæretici, (vt Episcoporum, Decanorum, Archidiaconorum, Canonorum, seu Præbendariorum,) ita Ecclesiasticas etiam causas habebant, iudiciale distingue à ceteris, in quibus per mulctas agerent contra reos & per Cenluras.

Hinc Anno in quem deducta est hæc Historia seculi trigesimo quinto, in Comitatu Norfolciensi allatum est aduersus colonū Catholicum rescriptum de Excommunicato capiendo, eo quod vicinum quendam suum Catholicum sepelendum curauerat ritu Catholicō; In Cantabrigiensis, paupercula cum peperisset, tam obsterix licet hæretica quam reliquæ quæ astiterant, pecuniâ redimere coactæ sunt excommunicationem, quod cum excommunicata commuticascent. Ad molitorem in eadem regione Catholicum prohibebantur singulis annis vicini, vti nè triticum deferrent commolendum, aut farinam ab illo emerent; ea molestia vt se liberaret soluit quotannis octo florenos. Alius vt vxorem redimeret à Cenlura, florenis octoginta liceri coactus est; alter centum, alter opulentior annuis viginti quinq; vt centuras effugeret.

Constantia  
& spes Ca-  
tholicorū.

XXXI. His tamen a tot retro annis vexati malis Catholicī non despondent animo, neque spem abiiciunt futurū aliquando vt missericors deus pristinam pietatem, cultumque verum renuehat in Angliam. Cum enim ab initio collabantis Religionis seminaria prouiderit Sacerdotum, qui vi tormentorum necisque formidine superata non cesarent rectam fidem prædicando orandoque souere; vnum etiam Audomari in quo Iuuentus ad omnem quem lors tulerit gradum vitæ, virtutum præceptis & humaniorum literarum præsidio imbueretur; variorum quoq; Religioforum hominum sacra Collegia, vt sanctorum Beno- nediči, Dominici, Francisci, & societatis Iesu, & infirmioris sexus refugia compluria, per Belgium, per Germaniam, per Gallias, per Italiam, Hispaniamque;

niasque ipsisque laicis addiderit animos ad quantamcunque prius experientiam fortunam quam ut Sacramentorum cæterorumque adjutamentorum ad fidem conseruandam adiumentis careant, dubitandum non arbitrantur quin idem qui cœpit, ad congruentem istis finem tantum opus pœnitentia sit: Crescentibus enim malis crescunt animi; & quantumcunque graues rogen-  
tur leges, vel vim suam nunquam fortiuntur, vel cum die flaccidunt. Ex fucato etiam illo ordine clericorum, quem ad speciem quandam & imitationem dignitatis Majestatis Ecclesiasticae, & ad sectam suam coactione quasi Canonica firmandam, retinuerant hæretici, Dei iusto iudicio vnam cum Capite interculo non immerito augurantur, omnem illam, quæ nuper facta est, rerum mirandam conuersionem, non ad restituendam, sed ad abolendam cum tempore hæresim pertinere. Sic enim ludorum Religiones confuso Pontificum ordine paulatim extinctæ sunt; & illici ipso tædio multiplicatarum lectarum ad vnam veram fidem præparantur animi: In qua dum hæretici Catholicorum admirantur superiuntque constantiam, concordiam, alacritatem, sensim molliuntur quæ olim ferociores erant mentes, & quem ne fortunis excidant verentur recipere venerantur cultum, & parem sibi operant perseverantiam.

Nostrum non est nosse tempora vel momenta <sup>Act. 1. 7.</sup>  
quæ Pater posuit in sua potestate, sed expectare misericordem & potentem manum Dei, qui ut olim Israeliticum populum transuersit illæsum per mare rubrum, & per plures viarum amfractus induxit in promissam Patribus terram nos etiam benigno respicit oculo, & post sudores multorum & sanguinem, <sup>Hier. 29.</sup>  
<sup>10.</sup>  
suscitabit super nos verbum bonum, ut congreget nos de uniuersis gentibus, <sup>10.</sup>  
¶ de cunctis locis ad quæ expulit nos; ¶ dabit Pastores iuxta cor suum qui <sup>&c. 3. 15.</sup>  
pascent nos scientia & doctrina, quique non minori ardore animi, industria,  
ac vigilancia in aperto discurrent ad reducendas à recto tramite deuiantes oues, quām qui in occulto tot annis, mira sanè constantia, latuere ad conservandas. Pastores inquam, qualem de gente nostra, hac ipsa nostra æra, dedid colligendis in altero orbe positis Brasiliæ populis, Ioannem de Almeida, cuius vita (idiomate Lusitanico edita in lucem) quanquam admiranda potius in multis quām ab unoquoque imitanda, cum per hos dies, quibus ista scribitur & paratus prælo, in manus inciderit, seruiet documento, & Deum quos vult, & quando vult, & quomodo vult, eligere in vineam suam Operarios; & corde sincero illi seruientes in ira posse & magna in carne fragili pœnare tum ad seipso omni virtutum genere locupletados, tum ad Dei gloriam in proximorum salute procuranda amplificandam, Domino cooperante, <sup>Marc. ultia.</sup>  
<sup>mo.</sup>  
¶ sermonem confirmante sequentibus signis.

XXXII. Simon Vasconcellos, Provincialis Brasiliæ, qui se huius Joannis Vasconcellos in vita  
profiteretur quondam fune locum, amicum intimum, & Superiorum, ex vnu familiari, ex aduersarijs post mortem repertis indicibusq; actionum, ex Authenticeis  
iuratisq; testimonij, narrat, regnante in Anglia Elizabetha, Londini natu, Gen-